

Q. D. B. V.

CAPITA IVRIS LECTA
DE
VSVRIS QVINCUNCIBVS MAIORIBVS
LICITIS

1782 1

P R A E S I D E

CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO, D.

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEMB.

A S S E S S O R E

I N A V D I T O R I O M A I O R E

DIE XII. APRIL. A. R. S. M DCC LXXXII.

D I S P V T A N D I C A V S A

PROTONIT

IOANNES HENRICVS CHRISTOPHORVS
PLVNSCHKY
DRESDENSIS.

V I T E M B E R G A E

IMPRESSIT IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHIVS.



§. I.

Vsurae annuae non praefantur, nisi ex conventione, mora, vel lege, mutuumque sicut Iure Romano, ita et Germanico, moribusque nostris presumitur gratuitum. Arg. L. II. §. I. π. de reb. cred. L. 3. C. de Vsur. RECESS. IMPER. NOVISS. de an. 1654. §. 174. Dissentire videtur SCHILTER. ad Pand. Ex. XXXV. §. 11. Sed vide LEYSER. ad Pandeet. Spec. CXXX. med. 3. BERGER. in Oec. Iur. Lib. III. Tit. II. Th. 2.

§. II.

Quantitatatem usurarum pro personarum conditione atque periculi receptione definit, et illustribus trientes, mercatoribus besses, reliquis semisses, nec non in traiectitiis pecuniis centesimas accipere permittit IVSTINIANVS in L. 26. §. 1. C. de Vsur. Add. NOODT. de Foenore et Vsur. Lib. II. cap. XIV.

§. III.

In Imperio vero Romano Germanico atque in Saxonia Electorali in quincuncibus legitimus usurarum modus regulariter ponitur, eiusque excessus improbatur in RECESS. IMPER. Noviss. de an. 1654. §. 174. ORD. PROV. SAX. de an. 1550. Tit. von Wucherern COD. AVG. Tom. I. pag. 30. et post varias repetitas sanctiones in MANDATO *adversus dolosos decoctores evulgato* de an. 1766. §. 2. CONT. COD. AVG. Tom. I. pag. 924. Ita, ut nec consensus iudicis in maius stipulatum, WERNHER. Part. VIII. Obs. 420. nec pactum mutuo adiectum auf Juden-Zins, ORD. POLIT. IMP. de an. 1577. Tit. XX. §. 6. nec promissio usurarum in literis cambialibus indeterminata WERNHER. Part. VI. Obs. 428. LEYSER. ad Pand. Spec. CCXLV. med. 7. nec creditum ecclesiasticum maiorem quantitatem admittat. Conf. PRAESIDIS Disp. de Iuribus ecclesiae creditricis singularibus in mutuo usurario §. 8.

§. IV.

Diversae tamen sunt species, in quibus ab hac norma in iure recedere, et graviores tam pendere, quam exigere licet, sic in mutuo cambiali semisses promissas creditor impune petit et accipit. MANDAT. SAX. EL. de an. 1704. COD. AVG. Tom. II. pag. 2075. et laudatum MANDAT. de an. 1766. §. 2. Quae et solvendae, licet cambium hoc per praescriptionem vim ad arrestum personale obligandi amiserit. RESCRIP. EL. SAX. de an. 1768. CONT. COD. AVG. Tom. II.

pag.

pag. 1144. nec non si creditor i praeter hypothecam
constitutam cambium, in quo semisses stipulatae, ob
idem debitum insimul exhibitum. RESCRIPT. E.L.
SAX. de an. 1747. CONT. COD. AVG. Tom. II.
pag. 1131.

§. V.

Deinde quando ad paucos dies, vel aliquas septimanas
pecunia erogatur mutua, quincuncibus paulo plures stipu-
lari licere, luculenter appetet ex adducto MANDAT. E.L.
SAX. de an. 1704. verbis: Wir lassen aber gleichwohl
allergnädigst geschehen, daß, wenn nur auf wenige Tage, oder
Wochen Geld abgegeben wird, an Zinsen etwas mehreres, als das
übliche jährlich gerechnete Interesse austrägt, stipularet werden
möge. Hanc sanctionem abrogatam esse ob verba ge-
neralia novissimi MANDATI *contra decoctores dolosos* de
an. 1766. §. 2. daß niemand von ausgeliehenen capitalien
und auf credit gegebenen Waaren, außer was den sechsten Zinsz-
Thaler bei Wechseln betrifft, ein mehreres als 5. von 100. zu
fordern, berechtigt seyn soll, existimat ILL. WINCKLER.
ad BERGER. Oec. Iur. Lib. III. Tit. VIII. Th. 10.
Cuius vero sententiae obstare videntur verba antecedentia
cirati MANDATI de an. 1766. §. 2. Als haben
wir der Nothdurft zu seyn erachtet, nach Innhalt des un-
tern 10. Mart. 1704. — ergangen mandats, nachdrücklich
zu verordnen, daß niemand ic. nunc sequuntur iam antea
excitata verba. Ex quibus collendum, exceptionem
in laudato MANDATO de an. 1704. propositam iure
recentiori omnino suisse comprobata, praeſertim, cum,

auctore PAVLO ICto in L. 26. π. de Legibus non novum sit, ut priores leges ad posteriores trahantur.

§. VI.

Quem ad modum vero haec SANCTIO SAXONICA de an. 1704. ad speciem, in qua pecunia sub usuris maioribus ad per breve tempus credita, sed deinceps ad longius apud debitorem relieta fuit, neutiquam est extendenda, sed res, elapso termino conuento, ad legitimum usurarum modum, scilicet quinque de centum, reducenda, WERNHER. Part. I. En. 132. ita B. HOMMELII arbitrium in Suppl. ad Rhapf. Iur. Obs. 603. his conceptum verbis: *Solent ut plurimum pro Imperiali, seu Thalerio per hebdomadem sibi tres nummos stipulari. Hoc poena caret, et savendum hisce usuris puto, quia si hae triobolares usurae baud permitterentur, vereor, ne maius malum immineat pauperibus, quibus fidem babere periculosum est, nempe ut in angustiis haerentes, si nemo opem ferat, cogantur uestes et supellestilem nullo fere pretio vendere, sine ulla spe tales sibi rursus comparandi.* At vero, inquis, sic mibi licebit eidem personae centum mutuo dare ea lege, ut pro singulis thaleris hebdomadatim triumnummum solvat? Arduum est, quod dicas, nec hae usurae modicae; unde, ut haec arbitraria iudicis quaestio ad certum reducatur, sic definio: *in triobolaribus hisce usuris summam mutuo datam non excedere debere summam viginti thalerorum, neque peti posse ultra tres menses.* In minori autem summa v. c. decem thal. sorte etiam per sex menses licet. Post tale tempus praeterlapsum, si quis triobolares usuras sumere continuaverit, poenam quidem in tali minuto lucro

lucro cessare infamiae, nec sortem amitti putaverim, sed de-
ducendum tamen, quod supra hunc modum solutum fuit,
erit sorti, et post illud tempus res reducenda ad legitimum
modum usurarum nempe 5. pro 100. omni iuri et aequita-
ti contrarium censemus. Excessus iste usurarum legiti-
marnm est intolerabilis, gravissimum hoc foenus in
longius, quam citatum MANDATVM de an. 1704.
quincuncibus paulo ampliores usurpas permittit, est pro-
tractum tempus, egenumque debitorem, si onerosus
foenerator post elapsum spatium dilationem non in-
dulget, sed solutionem rigorose exigit, ad extremas
fere redigit incitas, imo haec accessiones fortis sunt durio-
res, quam quae Iudeis Dessaviensibus solvuntur, qui
vi specialis privilegii a Principe impetrati 3. obulos
Heller tantum hebdomatim pro uno thalero sibi stipu-
lari queunt. BERGER. in Suppl. El. Disc. For. Part. I.
pag. 614. seq.

§. VII.

Cum et usurarum legitimarum anticipatione cre-
ditor maius iusti quanti percipiat lucrum, LEYSER.
ad Pand. Spec. CCXLIII. med. 9. istam, ob L. 26.
§. I. C. de Usur. plane improbat. At enim vero sorte in-
tegra tradita, usurpas a debitore sponte praenumeratas,
et Iure Romano et moribus nostris ille licite accipit. L.
57. π. de paet. L. 2. §. 6. π. de doli mali except. SCHIL-
TER. ad Pand. Ex. VIII. corol. I. RIVIN. Iurispr.
Pol. Thes. CCXXVII. HOMMEL. Rhaps. Iur. Obs.
603. n. 4. G. H. MYLVS in Disp. de anticipatione usu-
rarum, qui et praeiudiciis sententiam confirmant.

§. VIII.

§. VIII.

Vsurarum modum egredi quoque licitum, si creditor periculum pecuniae datae pacto in se recipit, cum in hac facti specie non tam vsura, quam casus suscepti praemium subest. L. 26. §. 1. C. de Vsur. L. 5. π. de Naut. Foen. WERNHER. Part. I. En. 153.

§. VIII.

Quamvis tandem ultimarum voluntatum favore multa testatoribus in iure permissa sint, heredem tamen hi damnare non potuerunt ad vsuras legitimis grandiores ob moram in legatis certae quantitatis commissam p[ro]sta[n]das. L. 3. §. fin. π. de annuis legat. VOETIVS ad Pand. Lib. XXII. Tit. I. §. 5. NOONT. de Foenor. et Vsur. Lib. III. cap. I. Contraria vero statuit LEYSER. ad Pand. Spec. CCCXCVI.

med. 6.



Wittenberg, Diss., 1781-82



f


sl.

✓ Dn 8



B.I.G.

Farbkarte #13



Q. D. B. V.

CAPITA IVRIS LECTA

DE

VSVRIS QVINCVNCIBVS MAIORIBVS
LICITIS

1782 1

P R A E S I D E

CHRISTIANO GOTTLIEB
H O M M E L I O , D .

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEMB.

A S S E S S O R E

I N A V D I T O R I O M A I O R E

D I E X I I . A P R I L . A . R . S . M D C C LXXXII.

D I S P U T A N D I C A V S A

PROFONIT

IOANNES HENRICVS CHRISTOPHORVS
PLVNSCHKY

DRESDENSIS.

V I T E M B E R G A E

I M P R E S S I T I O . C H R I S T O P H . T Z S C H I D R I C H I V S .

